Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



213

dignitas contemplari. INTELLECTUS ASAPH HOC TITULO PRENOTATUR IPSE NOS TITULUS AD INTELLECTUM PROVOCAT.

Asaph unus fuit de coro didascalis sicut fuerunt et filii chore et dicuntur et esse ceteri. Ergo de cetteris choro didascalis et iste unus est. Prophetia quia ergo intellectus est simplex et in psalmo narratur historia necessitate compellimur. Omne quod scriptum est secundum intellegentiam intellegere. Scriptum est inter mare egypti in campo tanetos interrupit mare. et deduxit eos in nubes diei et tota nocte in luminatione ignis et esse cete. Vidimus quia simplex narratur historia. Si ergo sic intellexerimus ut titulus prenotatur necessitate compellimur omne quod scriptum est secundum intellegentiam intellegere.

Attendite populus meus in lege mea. Inclinate aurem uestram in uerba oris mei. Aperiam in parabolam os meum loquar propositionis ab initio. Uide et quia bene supra scriptum est. INTELLECTUS ASAPH. Denique et ipse Asaph et. sic incipit. Attendite populus meus in lege mea. Non morsi lege sed lege mea inclinate aurem uestram in uerba oris mei. Hoc est quod dicit in euangelio. Qui habet aures audiendi audiat. Aperiam in parabola os meum. et sine parabola inquit non loquebatur eis. Discipulis autem suis secreto soluebat parabolas. Aperiam in parabolas os meum. quasi illis in parabola loquar foris uobis intrinsecus aperiam et loquar propositiones ab initio. propositionibus in hebreo habet in enigmate. Ergo omne quod dicitur enegmata est. enegmata non est hoc quod dicit sed aliud quod significat ex persona xpi interpretantes hoc dictum. si xpiani sumus. sumus autem xpiani qui xpi baptismum accepimus. et non solum confitemur sed et profitemur quia sumus xpiani debemus credere euangelistis. Scribitur est in euangelio secundum matheum. Cum in quid locutus fuisset dominus ad quos saluator in parabolis et ille non intellegerent et esse cete quae scribta sunt in euangelio et postea euangelista quid intulit. haec omnia in quid facta sunt ut impleretur illud quod scriptum est. Aperiam in parabola os meum et loquar propositionis ab initio. Uide ergo quod euangelista matheus hoc ex persona xpi intellexit. Cum enim induxisset dominum dicentem in parabolis et illi non intellegerent. hoc in quid factum est. ut impleretur quod scribtum est. Aperiam in parabolis os meum et loquar propositiones ab initio. Uide et nos nihil remansisse questiones sed diligenter attendite. studium enim meum est. non declamare more rethorico. sed scribturarum sensus aperire. Denique et dominus ad quos saluator quid dixit. scrutamini scripturas et ubi inueniatis quomodo de me scriptum est. Aliud dixit iudeis. errastis nescientes scripturas neque uirtutem. Uide et quid dicat. errastis quare nescientes scripturas cum autem nesciatis scripturas propter ea nescitis.